



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De achab et iezabel et helia cap. xxxiiij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**



## Regum Tertii

sequeretur thebni et media pars amri. Et duravit hec sententia tribus annis et plus, tamen amri, qui regnabat: et prevaluit amri, et interfecit est thebni, anno, xxxi, a sa regis iuda, et regnavit amri super israel plene, et, xii, annis regnavit. Et prima electioe sua in thersa regnavit septem annis: et emisit a somer duobus talentis argenti motis parte in quo erat civitas mareon: et reparavit eam et imposuit ei nomen samareon, quia a somer et mareon que grece dicitur samaria, et in ea posuit sedes regni que prius fuerat in thersa. Et fecit amri malum coram domino super omnes Samaria est nomen qui fuerunt ante eum civitatis et regionis: ut et mortuus est et sepultus hic apparet. Et regnavit achab filius eius, pro eo anno, xxxviii, a sa regis iuda. Hic forte patet vitium scriptorum Regnavit enim amri pater achab, xii, annis ut dicitur est, et cepit regnare anno, xxxi, regni a sa: qui regnavit, xl, et uno anno, et ita a sa mortuus est adhuc amri vivente. Verum est autem quod dicit iosephus, quod sam regnate iosa phat filio a sa cepit regnare achab. Tamen determinationem que habet fieri solet in fine regum ponemus.

De achab et sezabel et helia.

Capitulum, xxxiiii.

### Regnavit achab

achab super israel, xx, et duobus annis.

Tamen iosephus dicit, xx, annis et duobus mensibus. Nec sufficit achab ut ambularet in viis ieroboam: sed introduxit idola gentium in israel, et duxit uxorem sezabel filiam merabab regis sidoniorum, et edificavit in samaria phanum et altare baal: et adoravit eum. In diebus eius reedificavit abiel de bethel iericho. Cuius poneret fundamenta eius: mortuus est abiram filius eius primogenitus. Cuius portas muniret: mortuus est segub novissimus filius eius iuxta impactionem ioseph. Et misit dominus heliam tebbitem de habitatoribus galad ad achab. Qui ait ad regem. Vivit dominus deus israel: cuius respectu sto: si erit annis his ros et pluvia: nisi iuxta verba oris mei verba. Apertus est pestis est. Vel ponit si pro non. Et querebat achab animam helie. Qui fugit ex precepto domini: et latuit in torrente carith: qui est contra iordanem. Coram autem deferebat ei panem et carnes mane et vesper: et bibebat de torrente. Post dies

aut aliquot siccat est torrentis. Non enim pluerat super terram. Et ait dominus ad heliam, Vade in sarepta sidoniorum. Preceptum enim tibi mulier vidue ut pascat te, et erat sarepta virs modica inter tyrum et sidonem. Sed et silva iuxta vrbem sarepta dicebat. Cuius venisset helias ad portam civitatis: apparuit ei mulier vidua colligens ligna. Cuius quesisset ab ea poculum aque: addidit etiam ut afferret ei buccellam panis. Que respondit se non habere nisi pugillum farine in hydria et paululum olei quo conspergeret eam: et panem ex ea factum comederet cum filio suo, sed post deficiente cibo tabesceret. Ad quam helias ait. Noli timere, fac mihi panem subcinerum panem: tibi et filio tuo facies postea. Hec enim dicit dominus Hydria farine non deficiet: nec lechabit olei minuet: donec pluat super terram. Fuitque helias apud viduam tempore aliquo. Post hec mortuus est filius mulieris. Que dixit ad heliam, Cur ingressus es ad me vir dei ut rememorarentur iniquitates mee. Imagis apparent ex contrario equitatis tue, et ideo interficere filium meum. Et posuit helias puerum super lectum suum in cenaculo superiorum: et expandit se super eum tribus vicibus: et clamavit ad dominum: et reuixit puer. Que recta piens mulier ait. Plene cognovi quoniam vir dei es tu. Hunc puerum tradunt bebrei fuisse ionam prophetam.

De sacerdotibus quos interfecit Helias.

Capitulum, xxxv.

### Est tertium annus

annus ariditatis et famis: dixit dominus ad heliam. Vade ostendere achab ut dem pluvia super terram. Erat autem famis vehementis in samaria: cuius etiam meminuit menader in gestis sidoniorum. Et habebat achab procuratorem domus sue abdia: qui cum interficeret sezabel prophetas domini: abscondit, et portavit in duobus speluncis quinquagenos, et pavit eos pane et aqua: propter quod postea spiritu prophete donatus est. Ad quem dixit achab. Descendam ad ovales: et queram pabula equis et mulis: et dividerunt sibi regiones. Vade dicit domino tuo. Adest helias. Ait ille. Quid peccavi. Quando nuntiabo achab: adest helias: spiritus domini asportabit te in locum quem nescis: et non inuenies te achab interficiet me. Servus autem tuus timet dominum ab infancia sua. Et ait